



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangeliō depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes, De Vita Et Passione D. N. Iesv Christi

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

XXIII. De Iudicio vniuersali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59846](#)

E VITA  
oculos, ne glori-  
cognitione impa-  
itas omnium re-  
, ut homo cog-  
entium rati-  
uari posat, sol-  
elaturus. Tole-  
runtur, neq; per  
o Deo, bonis  
do in mortis  
titur in ambi-  
lebatur terribil-  
que frenem  
culis & mi-  
erò fadw  
&c

637

## DE IUDICIO UNIVERSALI.

### MEDITATIO XXIII.

#### EVANGELIVM.

**D**I X I T I E S V S discipulis *Matt. 24.*  
suis. Erunt in illis diebus si. & 25.  
gna in sole & luna, & stellis, *Mar. 13.*  
& in terris pressura gentium *Luc. 21.*  
confusione sonitus maris & fluctu-  
um, arescentibus hominibus præ-  
timore & expectatione quæ super-  
uenient vniuerso orbi. Nam Sol ob-  
scurabitur, & luna non dabit splen-  
dorem suum, & stellæ cadent de cæ-  
lo, & virtutes cælorum mouebun-  
tur. Et tunc parebit signum filij ho-  
minis in cælo, & tunc plangēt omnes  
tribus terræ, & videbunt filium  
hominis venientem in nubibus cæ-  
li, cum virtute multa & maiestate.

Dd 2 Et

## 638 MEDITAT. DE VITA

Et tunc mittet angelos suos cum  
ba & voce magna , & congregabunt  
electos eius à quatuor ventis, &  
summo terræ usq; ad summum cali  
Et ille tunc sedebit super sedem  
Maiestatis suæ , & congregabuntur  
ante eum omnes gentes, & sepa-  
bit eos ab inuicem, sicut pastor  
gregat oves ab hædis : & statuet oves  
quidem à dextris suis , hædos autem  
à sinistris. Tunc dicet rex his qui  
dextris eius erunt, Venite benedicti  
Patris mei , possidete paratum nô-  
bis regnum à constitutione mea.  
Esuriui enim & dedistis mihi man-  
ducare , sitiui & dedistis mihi be-  
re: hospes eram & collegistis me  
dus,& operuistis me: infirmus, &  
fitalis me: in carcere eram, & ve-  
stis ad me.Tunc respondebunt eis  
qui dicentes : Domine, quando vici-  
mus te esurientē & pauiimus? fu-  
rem & dedimus tibi potum? quando  
autem te vidimus hospitem, & col-  
legimus te? aut nudum, & coopera-  
mus te? aut quando te vidimus in-  
firmum, aut in carcere, & vesti-  
mus te?

ad te? Et respondens rex dicet illis.  
Amen dico vobis. Quamdiu fecistis  
vni de his fratribus meis minimis,  
mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à  
sinistris erunt. Discedite à me male-  
dicti in ignem æternum, qui paratus  
est diabolo & angelis eius. Esuriri  
enim & non dedistis mihi manduca-  
re: sitiui & non dedistis mihi potum:  
hospes eram, & non collegistis me:  
nudus, & non operuistis me: infir-  
mus, & in carcere, & non visitastis  
me. Tunc respondebunt ei & ipsi di-  
centes. Domine quando te vidimus  
esurientem, aut sitiensem, aut hospi-  
tem, aut nudum, aut infirmum, aut  
in carcere, & non ministravimus ti-  
bi? Tunc respondebit illis dicens.  
Amen dico vobis, quamdiu non fe-  
cistis vni de minoribus his, nec mihi  
fecistis.

## PROPHETIAE.

1. **D**EVS deorum locutus est, & vocauit *psal. 49.*  
terram.

*A*solis ortu usq; ad occasum, ex Sion spe-  
cies decoris eius.

640 MEDITAT. DE VITA

Deus manifestè veniet, Deus noster, & nosf-  
lebit.

Aduocavit cælum de sursum, & terram effe-  
nere populum suum.

Congregate illi sanctos eius, qui ordinant ufe-  
mentum eius super sacrificia.

**Psal. 96.** Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia &  
iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit  
circuitu inimicos eius.

**Esa. 13.**

2. Ecce dies Domini veniet crudelis, & ira  
dignationis plenus & iræ furorisq; ad puer-  
dam terram in solitudinem, & peccatorum  
ius conterendos de ea: quoniam stelle celo-  
splendor earum non expandent lumen suum;  
obtenebratus est sol in ortu suo, & lux no-  
splendet in lumine suo.

**Dan. 12.**

3. In tempore illo consurget Michael princeps  
magnus, qui stat pro filiis populi tui, & reme-  
tempus, quale nō fuit ab eo, ex quo gentes de-  
ceperunt usq; ad tempus illud, & in tempore  
illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuen-  
tus fuerit scriptus in libro: & multi de his qui  
dormiunt in terra puluere eniglabunt, ut videt  
sempor.

**Ioel. 2.**

4. Canite tuba in Sion, iubilate in monte san-  
cto meo, conturbentur oës habitatores terre,  
quia veniet dies Domini, quia prope dies  
tenebrarū & caliginis, dies nubis & turbæ.

E VITA  
noster, & non.  
& terram dicit  
ui ordinantur  
a.  
eius, iustus  
us.  
inflammatio  
crudelis, &  
orisq; ad pote  
& peccatorum  
m stelle celo  
it lumen sene  
, & lumen  
ichael pri  
tui, & ven  
quo gentes de  
& in tempore  
nis, qui inue  
ulti de his qu  
labunt, alio  
um, ut videt  
in monte, su  
atores tenet,  
prope effides  
s & turbas.  
dicit

## CHRISTI. PARS II. 641

Ante faciem eius ignis vorans, & post eū  
txurens flamma.

A facie eius cōtremuit terra, moti sunt cē-  
li, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ re-  
vixerunt splendorem suum, & Dominus de-  
dit vocem suam ante faciem exercitus sui.

Magnus enim dies Domini, & terribilis  
valde, quis enim sustinebit eum?

In diebus illis congregabo omnes gentes, &  
deducam eas in vallem Iosaphat, & discepta-  
bo cum eis ibi.

5. Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est Sopho. 1.  
& velox nimis, vox diei Domini amara, dies  
iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ;  
dies calamitatis & miseriae, dies tenebrarum  
& caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tu-  
ba & clangoris?

6. Ecce enim dies veniet succensa quasi ca- Mal. 4.  
minus, & erunt omnes superbi, & omnes fa-  
cientes impietatem stipula, & inflammabit eos  
dies veniens, dicit Dominus exercituum, que  
non relinquet ei radicem & germen. Et orie-  
tur vobis timentibus nomen meum Sol iusti-  
tie, & sanitas in pennis eius: & egrediemini  
& saietis sicut vituli de armento, &  
calcabitis impios, cum fuerint cinis  
sub planta pedum ve-  
strorum.

## CONSIDERATIONE.

Punct. I.

ET SI vnicuique animæ mortali excessum ex hac vita fiat iudicium particulare, & ultima pronuntiatio tentia secundum merita, mortis voluntæ æternæ, tamen diuina sapientia voluit decernere diem, in quo iudicium vniuersale omnium animorum corpori coniunctarum. id est tuor præcipue de causis. Primo, auctoritatem & gloriæ CHRISTI nostri demptoris, qui veniens in hunc mundum tanquam in domum suam à se constitutam, non solum non agnitus efficiens, vel receptus, sed etiam velut blamamus, à dæmone obsessus, & legimus gressor varijsmodis fuit exagitatus, diuexus, ac deniq; facinorosus habens instar in crucē actus. Similiter misterium crucis CHRISTI, Euangeliæ prædicatio, non solum ab iudeis velut res plena scandali & erroris repudiata & irrita, sed etiam modo varias perpessa est persecutions & aduersitates, nec alioquam subito loco habita est cœlestis doctrina. Quod congruentissimum fuit, imò penitentiam, ut in conspectu totius

1. Cor. 1.

di hæc  
quam  
rent v  
quid  
ipso s  
lunq  
tem in  
demq  
& mo  
judici  
cum e  
ptium  
merit  
insti  
toti m  
ab eo  
iustis  
non p  
homini  
tibus  
pijs o  
adini  
bat.z  
viden  
Deun  
peratu  
& in  
misera  
prope  
ram.

di hæc veritas pateficeret, & tam Iudæi,  
quam omnes aliæ nationes cognosce-  
rent veritati consentaneum esse quic-  
quid C H R I S T V S dixisset, vel de  
ipso scriptum vel prædicatum esset, il-  
lumque esse, cui Deus omnem potesta-  
tem in cælo & in terra contulisset, eun-  
demque constitutum iudicem viuorū  
& mortuorum. Secundò hoc yniuersale  
iudiciū institutū est ex parte ipsius Dei.  
cum enim ipse sit iustus, & iustitiæ pro-  
prium sit reddere vnicuique secundum  
merita, necessarium erat ut die aliquo-  
iustitia illa à Deo demonstraretur, &  
toti mundo manifestaretur, virtutem  
ab eo præmiari, vitia castigari: quod  
iustis de causis in hac vita ordinariè  
non præstiterat. Vbi videmus multos  
homines pios & iustos varijs calamita-  
tibus iniuste opprimi; contra verò im-  
pijs omnia prosperè cedere: quam rem  
admiratus ille sanctus Propheta, dice-  
bat. *Zelau super iniquos, pacem peccatorum* Psal. 72.  
*videns. Et alias quasi conquerens apud*  
Deum. *Quare, inquit, via impiorum prof-*  
*peratur, bene est omnibus qui prævaricantur,*  
*& inique agunt: plantasti eos, & radicem*  
*miserunt; proficiunt, & faciunt fructum:*  
*prope est tu ori eorum, & longè à renibus eor-  
um.* Similiter & alius Propheta cla-

Matt. v. 8.

Psal. 72.  
Terem. 12.

D. 5 mat..

## 644 MEDITAT. DE VITA

**Naba.1.**

mat. *Quare*, in quiens, respicis contem-  
res? & taces conculcante impio iustorum.  
Deus igitur iustus, vt nomen can-  
que suam in præsentia omnium  
tueretur, voluit præter iudicium  
particulare quod exerceceretur procul-  
que anima, etiam publicum & genere  
le haberi iudicium, vt omnibus agniti-  
centibus, quam Deus fuerit in diuini  
iudicijs suis æquus & iustus, & quod  
tum bonum ille haurire potuerit  
malis in mundo permisissis, cogantur  
teri, & dicere cum Propheta. *Quia nos*  
*es in omnibus, quæ fecisti nobis, &*  
*opera tua vera, & viæ tuae rectæ, &*  
*iudicia tua vera.* Tertia causa huius  
cij est ex parte ipsorum hominū, quod  
nimirum fiat ad maiorem gloriam  
bonorum, & confusionem impiorum.  
virtus enim non præmio solum, sed  
honore digna est. Contra vitium no-  
modo meretur pænam, sed eum  
confusionem & ignominiam. Quia  
conueniebat bonos non solum præ-  
mio ornari in morte, verum etiam in  
præsentia totius mundi honorari &  
collaudari: sicut è contrario conve-  
bat ut impij publicè pudefierent, ne  
secus quam solent facere iudices, au-  
tentiam priuatim contra reum.

**Dan.3.****Tob.3.**

tam, curant postea; dum educitur ad supplicium, coram toto populo publicari, secundum illud Apostoli. Nolite ante tempus indicare, quoad vsq; veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarū, 1. Cor. 4.

& manifestabit consilia cordium, & tūc laus erit vnicuiq; à Deo. Quarta ratio est, quia cum homo constet anima & corpore, sicut anima, quia inuisibilis est, indicata est inuisibiliter & occulte in discessu ex hac vita: sic quando omnes à morte resuscitabuntur, & animæ suis corporibus restituentur, necesse erit totum hominem palam iudicari: vt sicut corpus societatem meriti habuit cum anima, vel demeriti, ita vna cum illa particeps fiat gloriæ, vel ignominiæ, præmij vel poenæ. Et quia natura nostra corporeæ est & visibilis, conueniens quoq; est ut illud iudicium visibiliter & corporaliter instituatur.

2. CONSIDER A terribilia & formidanda signa, quæ antecedent iudicium: nam sicut quando Rex terrenus se comparat ad magnum certamen, totum eius regnum commouetur, & turbatur, atque ubique exaudiuntur, tubarum, tympanorum, & hominum armatorum strepitus, sic quando Rex cœli & terræ veniet vindictam de suis hostib.

Dd 6 sum

646 MEDITAT. DE VITA

sumpturus, totus mundus conturbatur, cælestesque exercitus cum omnibus creaturis se armabunt aduersus genus humanum, conuenienter dicto sapientis; Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Ac primo quidem turbabuntur cæli: Sol enim & Luna obliterabuntur, stellæ vero ob extraordines motus videbuntur de cælo cadere, ac denique omnia corpora cælestia, vertutesque signa dabunt magna perturbationis uti prædixit Iobel dicens.

Iobel. 2.

Zach. 14.

conventur omnes habitatores terra, quia vero dies Domini, quia prope est dies tempestatis & caliginis, dies nubis & turbinis, fulvis ei non sicut à principio, & postea non erit. Ante faciem eius ignis rotunda & post cum exurens flamma. A facie cruciabantur populi, contremuit terra moti sunt cæli, Sol & Luna obtulerunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Hunc diem propheta vocat dies Domini. Primo, quia illi soli futurus est, ut dixit ille Propheta, & cens. Et erit dies una, quem nota est dominio. Sic ut nec Angeli scire possint, quando ille dies sit futurus. Secundò, quia illo die solus Deus domabitur & regnabit, non homines, ne huius mundi Principes. Tertio, quod

Domi  
sam su  
ab ipsi  
instituta  
reliqua  
nim li  
tacent  
at hoc  
lentic  
omne  
DEI  
ment  
conting  
tus de  
turs n  
stun  
terra  
re aff  
tioni  
tua ca  
fulge  
ante  
mas,  
& tot  
sanct  
soluer  
exure  
tellig  
turb  
mor

Dominus illo die aget & iudicabit cau-  
sam suam, iuxta illud per Prophetam  
ab ipso dictum. *Cum accepero tempus, ego Psal. 74.*  
*iusticias iudicabo.* Quartò, quia omnes  
reliqui dies fuerunt hominum, in ijs e-  
nīm licuit cuique facere, quod voluit,  
tacente Deo, & patienter dissimulante:  
at hoc die Deus finem imponet suo si-  
lentio, & pro suo honore loquetur, &  
omnes eius obsequuntur voluntati.  
DE INDE quoque turbabuntur ele-  
menta; terra enim contremiscet, & ob-  
continentes horrendosque terrae mo-  
tus dehiscet: montes loco dimouebun-  
tur; mare magnitudine & sonitu flu-  
ctuum exundantium, atque si totam  
terram essent coniecturi, magno terro-  
re afficiet mortales. Aer quoque turba-  
tionis inditia dabit, obscura & perpe-  
tua caligine, & horribilibus tonitruis,  
fulgetris & tempestatibus. Ignis etiam  
ante conspectum Iudicis emitte flam-  
mas, & suo incendio exsiccat marces-  
& totum mundum destruet, ut scribit  
sanctus Petrus. *Elementa, inquit, calore 2. Pet. 3.*  
*solvuntur, & terra, & omnia que in ea sunt*  
*exurentur.* Denique & in creaturis in-  
telligentia præditis apparebit ingens  
turbatio: nam Angelicae potestates ri-  
more reverentiae & admirationis, quo-

D d 7 dam-

548 MEDITAT. DE VITA

dammodo eōm ouebuntur & tremunt,  
dum terrible & seuerū hoc iudicium,  
& exactissimā iustitiam Dei in peccatores  
intuebuntur. Iam si virtutes cœlestes,  
quæ tam securæ sunt de sua labor,  
& stabiles, cōmouebuntur, quantum  
tum & turbationē putamus fore hominū  
creaturū tam fragiliū & imbeciliū?  
Si cœli columnæ, & cedri mons  
Libani trepidabunt, quid futuri cha-  
firmis arundinibus terræ? O quanto  
terror, quanta confusio erit homi-  
cum aspicient hanc conturbationem  
omnium creaturarum? Stultorum illarum  
huc illucque diffugient, toti attoniti  
obstupefacti, in singula momenta  
pectantes mortem. Tunc omnes  
negociationes cessabūt, & commercia  
tus enim terror corda eorum obnubilat  
omnium rerum, etiam ad victimas  
cessariarum sint obliti. In eorum  
omnes eorum curæ & cogitationes  
runt, quemadmodum opportunitates  
inueniant, quibus à motu terreni, a  
tempestate, & aquarum inundatione  
se tueantur. Tunc homines condan-  
se abdere in cauernis ferarum, ipse  
feræ perfugium querent in domis  
hominum. Quod si tanta erit afflita  
& calamitas eorum futura propterea

la præse-  
ta; vtpo  
um prin-  
tiilli, q  
locata  
solo Cr  
las & pe  
pium sa  
Quare  
hæc ter  
& moe-  
finem a  
homini  
summa  
intellig  
seræ ca  
uator  
cipienti  
quoniam  
3. CC  
futuri  
rebit n  
omnib  
dorem  
sancta  
myste  
do, de  
mand  
proba

la præsentia, quanta erit ob mala futura: vi potestate, qui nesciant, quis tam tristissimum principiorum futurus sit exitus. Beati illi, qui amore suo, omniisque spe collocata non in his rebus caducis, sed in solo Creatore Deo inter tempestates ilicas & pericula, instar immobilium rupium securi permanebunt & stabiles. Quare amatoribus imprimis mundi, hæc terribilia signa ingentem metum & mœrorem incutient, quia cernent finem esse suarum consolationum: at hominibus iustis & Dei amicis potius summam afferent consolationem, quia intelligentiam finem instare suæ misericordie captiuitatis. Vnde meritò ipse Salvator Apostolis suis dixit. *His fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.*

*Luc.22.*

3. CONSIDERA, quomodo post futuri iudicij signa, aliud in celo apparabit magis extimescendum, quodque omnibus impijs maximum afferet pudorem & verecundiam, nempe signum sanctæ Crucis cum omnibus passionis mysterijs, ut testimonium reddat mundo, de remedio & antidoto à Deo amandato, sed à paucis recepto & approbato. Adhæc gloriosum hoc signum appa-

650 MEDITAT. DE VITA

apparabit vice regij vexilli : nam hunc  
in mundo, quando Rex ingreditur ali-  
quam urbem suam, vexillum cum insig-  
nibus regijs ei ab exercitu praesentis  
sic veniente Domino ad iudicium ex-  
lestes acies praeserent triumphale signum  
crucis ad annunciatum toti mundo  
caelestis Regis aduentum. Confredo  
autem gloriose hoc vexillo, mox em-  
peditur terribilis ille tubarum calchata  
sonitus & clangor, momentoque va-  
porefactis caelis prodibunt utrinque ex-  
lestes Domini exercitus, & in medio  
eorum procedens filius Dei, specie hu-  
mana incredibili Maiestate fulget, ex-  
cuius facie, ut loquitur Propheta, *tu*  
*uix igneus rapidusq; egrediebatur, quia*  
*dique diffusus totum mundum evan-*  
*& in cineres rediget;* & illico audient  
magnus, clamor dicentium, *surgite mo-*  
*tui, & venite ad iudicium.* Vox verena  
gnata, quippe quæ non solum exaudi-  
tur ab omnibus mundi partibus, reu-  
etiam in profundo abyssi. Huic voco-  
mnia elementa obedient, quia omnes  
quos apud se habebant mortuos rel-  
dent. Ad clangorem huius tubæ pat-  
fiet infernus, & vincula mortis dislo-  
pentur, unoque oculi noctu animo  
milibus suis corporibus coiungentur.

Tunc  
& oc-  
cient.  
forma-  
lus vi-  
scripti  
ijsi De-  
iustor  
mno t-  
simul-  
num l-  
cos, ne-  
benig-  
ciet:  
magni-  
inasti-  
ra, po-  
tota sp-  
linaru-  
tum et-  
di toti-  
re, & v-  
ferent-  
um ne-  
sed in-  
fuerint  
ab ang-  
caelum-  
sæ, ad-  
so, vt f-

Dan. 7-

E VITA  
i : nam fuit  
greditur ali-  
um cum iſſe  
a prefec-  
udicium, et  
aphalegū  
toti mīnō  
Confessio  
moxen-  
im cælesti  
itoque na  
vtrīng; et  
x in med-  
specie he-  
fulges, et  
pheta, le-  
ur, quia-  
um exau-  
o audire  
surgitur  
x verē  
i exaudi-  
ous, ven-  
ic vicio-  
ia omnes  
tuos red-  
ba pat-  
s dilum-  
nimzo-  
ngenuit  
Tunc

## CHRISTI PARS II.

653

Tunc mortui omnes resuscitabuntur,  
& oculi omnium Filium Dei conspi-  
cient, omnes quidem videbunt in eo  
formam homini, sed formam Dei nul-  
lus videbit nisi mundus corde, sicut  
scriptum est. *Beati mundo corde, quoniam*  
*ipſi Deum videbunt.* Præterea resurrectio  
iustorum, aliud non erit, quam à fo-  
mino suauissimo excitatio, qua peracta,  
simulatque oculos aperuerint, Domi-  
num suum contuebuntur, qui vicissim  
eos, non tanquam iudex, sed ut Pater  
benignis & clementibus oculis respi-  
ciet: qui respectus in cordibus eorum  
magnam gignet securitatem, & pacem  
inæstimabilem. Tunc beata illa corpo-  
ra, post coniunctam rursus animam,  
tota splendescit, lucernarum crystal-  
linarum instar, quibus lumen imposi-  
tum est. Itaque videbuntur è terra egre-  
di totidem fulgentium stellarum mo-  
re, & velut ardentes scintillæ per aera  
ferentur, & sicut, dum vixerunt, cor su-  
um non habuerunt defixum in terra,  
sed in cœlo, ita mox atque resuscitati  
fuerint, non morabuntur in terra, sed  
ab angelis rapientur, teste Apostolo, in  
cælum, & obuiam, velut nouella spon-  
sæ, aduolabunt per aera dilecto suo spō-  
fo, ut societatem ineant cum sole iusti-  
tiæ è

*I. Thes. 4.*

*Matt. 5.*

552 MEDITAT. DE VITA

tia è medijs nubibus emicante. Contra resurrectio reproborum non erit à morte ad vitam, sed ab una morte ad aliam longe acerbiorum & horribiliorum: quorum corpora erunt obscura, grauis, & multo fœdiora & abominabiliora, quidam adhuc in monumentis à vermis depasta iacerent: atque ut omnem amorem suum defixum habuerint in terra quasi terræ affixi miserabiliter homini procumbent; & quoniam ipsis non ignorabunt se tam fœdos esse, & con-

Apo. 6. temptos, atq; etiam terribiles minantur que plenos iudicis summi oculos in cœlestes, præ nimio metu & pudore cauernas & specus se abdere conantur: optabuntq; potius præcipites agmina tartara, quā diutius vultum illuminebatum & iratum contra ipsos intulerint.

4. CONSIDERA deinde quanta autoritate & potentia summus & tremendus hic iudex aduenturus sit: nam virimus eius aduentus fuit in extrema pertestate & miseria, sic secundus erit in summa maiestate & gloria. Ecce venit, inquit Propheta, & quis poterit cognoscere diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum. si enim Iudei, cū ipse Deus in medium descendens eis præcepta legis prescriberet, perterrefacti, & timore pleni

Mal. 4.

diffugerunt, dicētes Moysi: Loqueretur *Exod. 20.*  
nobis, & audiemus, Non loquatur Do-  
minus, ne forte moriamur. Quis susci-  
tēbit furorē & minas eiusdē Dei, quan-  
do descēdet ad exigendā rationē de ea-  
dē lege toties ab hominib⁹ contēpta &  
violata? Et si domin⁹ ad declarandā in-  
finitā suā potentia, in creatione vniuer-  
si, fecit res tāto stupore & admiratione  
dignas: atq; itē, ad demonstrandā sapi-  
entiā tā varias cōdidit creaturas, singu-  
lasq; varijs dotibus & proprietatib⁹ or-  
nauit, ac q̄ eo ampli⁹ est, si ad ostenden-  
das diuitias suę misericordię, voluit fa-  
cere & perferre quae omnem intelligē-  
tiā, non solū humānā, sed etiā angelicā  
superant: Quid cēsemus eū factū, cū  
iustitię suę magnitudinē declarabit, &  
irę suę impetū effundet in peccatores? *Heb. 10.*  
*Horrendū est, inquit Apostol⁹, incidere in*  
*manus Dei viuentis.* Homines in hac vita  
existentes, dū peccant, incidunt quidē  
in manus Dei, sed Dei crucifixi, Dei a-  
more ipsorum mortui, Dei qui non vi-  
detur sentire, vel commoueri ad iram  
cōtra ipsos, sed tacet, & tolerat omnia:  
sed si homines contempta bonitate e-  
ius in peccatis persistent, & gratia eius  
destituti ē vita discedent, iā nō amplius  
incident in manus Dei mortui, sed Dei

viui

654 MEDITAT. DE VITA

viui, Dei irati, qui sentier eorum ne-  
quitiam, & horrendis supplicijs viad-  
cabit, sicut per Moysen Prophetam co-  
minatus est. *Ignis*, inquit, *succensus* est is

*Deut. 32.* furore meo, & ardebit usque ad inferni-  
usima, deuorabitque terram cum gerae  
suo, & montium fundamenta comburet. Iam  
quo animo homines impij intueri po-  
terunt iratum eius vultum, & conse-  
ctum terribilem? quanto terrore mes-  
corum illo temporis punto concutie-  
tur? quam attoniti slabunt, cum ce-  
nent Dominum, quem tantoperè con-  
tempserant tanta maiestate resplende-  
tem? quot luctuosæ voces, quam accre-  
bi planctus, quot singultus, suspiria,  
gemitus illa hora audientur? Sed heu  
nihil proderit lacrymari, nihil inuicibilis  
dolere, non iniurias condonare, non  
poenitentiam de peccatis agere, qui  
non erit tempus amplius misericordi,  
sed tantum iustitiæ. Tunc, ut in Apoc.  
Ipsi scriptum est, plangent se super eam  
omnes tribus terræ. Plangent Iudei, qui  
complebitur in illis Prophetia illa. Vi-

*Zach. 12.* debunt in quem transfixerunt. Videbunt

*Ioan. 19.* viuentem & regnantem, quem pu-  
bant mortuum: Illum de quo Pilatus  
dixerat, *Noli scribere, rex Iudeorum*, sed  
*quia ipse dixit Rex sum Iudeorum*; tunc vi-  
debunt

*Ibid.*

debunt, sed suo damno, esse Regem, & non solum regem Iudeorum ad iudicandum & castigandum ipsos, sed etiam totius orbis terrarum. Plangent quoque gentiles, qui stulta & vana Philosophorum sapientia decepti, arbitrati sunt stultitiam esse, Dei loco colere hominem crucifixum: sed multo maior erit planctus & confusio impiorum, & amatorum mundi, quando CHRISTUS ipse eis ingratitudinem exprobabit his verbis. Ingrati homines, quid feci, ut me repudiato vos adiungeretis meis inimicis? descendit de caelo factus homo ad vos liberandos & in caelum deducendos; pro vobis ieunauui, itinera confeci, vigilaui, laborauui, & sudaui guttas sanguinis: pro vobis volui ligari, illudi, flagellari, in cruce agi, ubi est gratitudo vestra, ubi tanti laboris pro vobis tolerati fructus? Ecce vulnera, quae propter vos vestramque salutem accepi. Ecce sanguinis mei pretium, quem pro redimendis animabus vestris profudi, ubi nunc est seruitus, quam mihi pro tanto pretio debebatis? Ego in mundo, vos, bonumque vestrum, meae gloriae & vitae praetuli, nam existens Deus, assumpsi formam servi, factus homo, & existens is, qui erat offensus, mori

Philip. 2.

656 MEDITAT. DE VITA

mori volui, ut vos, qui offenderatis, non moreremini. Et tamen vos me tam patui fecistis, & amorem harum rerum viuum & terrenarum amori meo, iustitiae meae, & fidei meae anteposuitis. O generatio prava & adultera, quae potius voluisti seruire inimico tuo, cum labore & afflictione, quam Creatori tuum pace & gaudio: abiecisti me fontem aquae viuae, & confugisti ad cisternas dissipatas, & aquas putrefactas huius mundi. Toties te vocavi, & mihi non respondisti: pulsauit ad osium cordis tui, & non aperuisti, tota die expandi manus meas in cruce, & non respexit, imo consilia mea respulsi, promissionum nullam rarioriem habuisti, nec ullo comminationum meatum metu concussa fuisti. Vos ergo Angeli & vos amici mei, iudicate inter me, & hunc meum ingratum populum, quid amplius potui facere pro eo, & non feci?

5. CONSIDERA, quomodo postea Dominus missurus sit Angelos suos, qui peragant eternam illam separationem hominum malorum a bonis. Tu ac magnus ille Paterfamilias mandabit melloribus suis, ut primum colligant omnia zizania e medio trinci,

Hier. 8.

Esa. 5.

VITA  
deratis, nō  
ne tam pa-  
n rerum vi-  
neo, iusti-  
osuſis. O  
quæ potas  
, cum labo-  
ratori tuo  
sti me for-  
i ad cister-  
efactas hu-  
i, & mili-  
d oftum  
ota dice-  
, & no-  
responſi,  
em hābi-  
a meum  
o Angel,  
er me, &  
am, quid  
, & no-  
iomo-  
Angelos  
llam fe-  
rum à  
familias  
orium  
dio trin-  
ci, &

CHRISTI. PARS II. 657

ti, eaque in fasciculos colligata abiiciat *Matt. 15.*  
in ignem exurenda. Tunc cælestes pis-  
catores, attracto in terrâ reti, pisces bo-  
nos feligent à malis, & bonos quidem  
reponent in vasa, Domino præsentan-  
dos, malos autem foris relinquent in  
prædam & escam bestiarum inferna-  
lium. O fors infelix, ô acerba separa-  
tio. Tunc deniq; ille bonus Pastor, qui  
suas oves cognoscit, ab eisque cogno-  
scitur, delectu facto, oves quidem ad  
dextram, hædos verò constituet, ad si-  
nistram suam. Rectè autem electi com-  
parantur ouibus, ob mansuetudinem &  
patientiam: vt enim ones neminem of-  
fendunt, & sinunt se nullo clamore e-  
ditio ad lanienam deduci: sic homines  
iusti, nullum iniuria afficiunt, sibi aut  
illatâ patienter tolerant, etiā morte, si-  
ne vlla repugnandi aut se vindicâdi si-  
gnificationes imitâtes in hoc exemplū  
Domini de se dicentis: *Discite à me, quia Matt. 11.*  
*mitis sum & humilis corde. Scriptū quoq;*  
de eo est, quod sicut agn⁹ ad occisionē *Esa. 53.*  
ductus sit, nec aperuerit os suum. E con-  
trario peccatores comparantur hædis:  
nam vt hoc animal lascivum est, ira-  
cundum, & inuidum, & saltat per loca  
aspera, & sublimia, ita peccatores ferè  
his vitijs, vt libidinis, iræ, arrogantiæ,  
alijs-

alijsq; animi perturbationibus dedici sunt, & præcipites per peccata ruunt barathrum. Recte quoque electi proues præfigurati, collocantur ad dextram, & reprobi designati per hædos, ad sinistram: nam Dominus utraque manu benedit, suaque dona effundit in creaturas, licet non vna ratione & modo: dextra enim confert beneficia, ritualia & æterna; sinistra vero dona terrena & caduca, iuxta illud sapientis.

*Proph. 3.*

*2. Cor. 5.*

*com*

*Longitudo dierum in dextera illius, in infra illius diuina & gloria. Itaque quod reprobi in hac vita desiderarunt benedictiones sinistre, & electi dextra, indecirco conuenienter in hoc ultimorum universalis iudicij examine, electi collabuntur ad dextram, & peccatores ad sinistram. Hic cogita quam confusione pudefacti in terra remansuri sint in inferno, licet nihil æque eos cruciabit, summoque rubore & pudore afficiet, quam cum secreta conscientiae eorum palam pandentur, & detegentur consilia coridum: tunc enim iustissimo Dei iudicio uniuscuiusque peccata siue operis siue mente & voluntate tantum commissa omnibus manifestabuntur. O quanto pudore & verecundia illa horum afficiuntur peccatores, quando omnes*

VITA  
nibus dedit  
cata ruinit  
e electi pro-  
ur ad dene-  
per hædos, ad  
vtraque na-  
a effundit in  
tione & mo-  
beneficia  
a vero dou-  
ud sapientia  
illius, infi-  
Itaque qui  
arunt bene-  
dextræ, id  
ultimo u-  
ecti collec-  
atores affi-  
in confusio-  
ri sint in mi-  
aciabit, sum-  
ficiet, quan-  
orum palam  
onsilia cor-  
o Dei indi-  
siue opere  
ntum con-  
untur. O  
ia illa hui-  
ndo omni-  
com

corum nequitiae, & fœditates, in abdi-  
tissimis etiam domus angulis, vel con-  
scientiae arcano commisso in lucem  
offerentur, & in magno illo campo,  
in præsentia tot angelorum, hominū  
& dæmonum publicabuntur. Et si nūc  
multi, malunt in statu damnationis  
perseuerare, quam vni homini etiam  
sub sigillo secreti confessionis occulta  
sua peccata patefacere: quanto pudore  
& verecundia obruentur, cùm illa pec-  
cata cum omnibus circumstantijs ac  
modis quibus patrata sunt in præsentia  
totius muudi diuulgabuntur, eisque  
cum summa eorum ignominia ibi ex-  
prorabuntur? Tunc certe ob intolerabili-  
em confusionem acclamabunt mō-  
tibus & dicent. Cadite super nos, & ab-  
jecte in voragine terræ, ne amplius in  
terra compareamus; nec tamen miseri-  
hi abscondere se poterunt. Beati illi,  
quorum peccata illo die deprehenden-  
tur condonata, & misericordia diuina  
contesta. O quam secuti & lati resur-  
gent, qui in hac vita beneficio poenitē-  
tiae a peccato ad virtutē, à cuius ad gra-  
tiā surrexerunt: tunc enim pudicendi  
causam nullam habebunt, sed magna  
potius fiducia & securitate cælesti iu-  
dicii se sistent, non vt iudicentur tan-

Esa. 2.  
Apoc. 6.

E c      quam

quā rei, sed ut ex sententia lata ampliore laudem & honorem consequantur.

6. CONSIDERA, quam strictam seueramq; rationem sis redditurus illo die, quo DEVS ipse, sapientia illa interna disputationem inibit cum hominibus, & examen tam exactum de omnibus eorum actionibus instituet. Ac primo quidem, quia constamus anima & corpore: reddenda tibi ratio est, quantitate usus fueris anima, eiusq; portionis, ad finem suum, ob quem creata & copulata corpori fuit: qui erat, vix corporeos sensus, notitiamq; rerum visibilium agnosceres creatorem, agniti amares, amatum reuerere obsequio & seruiendo illi in omnibus. Secundo, quoad corpus, eiusque sensus, ratio ibi reddenda est, quemadmo dum nos custodieris & coercueris conuenienter rationi, & legis diuinæ mandatis, id est reliqua membra corporis, vt ea linguam, manus, pedes, quibus rebus occupari: hæc enim omnia Deus nobis impertivit, vt ea usurparemus, non ut loquitur Apostolus, tanquam amici iniustitiae ad seruendum concupiscentias & peccato, sed velut alma iustitia ad seruendum Domino in exercitacione virtutum, sanctorumq; operationi.

Rom. 6.

VITA  
ata amplio-  
nsequuntur.  
am strictam  
diturus illo  
ia illa exer-  
m homini-  
m de omni-  
tuet. Ac pi-  
us anima de-  
o est, quan-  
usq; poten-  
n creatu-  
erat, vige-  
q; rerum vi-  
rem, agonia-  
bsequendo-  
s. Secundo,  
is, ratio is-  
nodumca  
nuemate  
datis, do-  
is, vt col-  
ubus rebus  
a Deus no-  
emine, non,  
quam ama-  
oncupido-  
na iusti-  
xercitatio-  
perauous  
Deniq;

CHRISTI PARS II. 661

Deniq; non modo de prauis operibus,  
sed etiam de omissionibus, omnibusq;  
bonis que facere neglexisti, cum facere  
tenereris, exactissimam rationem red-  
pere cogeris. O quam acutatum & stri-  
ctum erit illud examen & quam rigidus *Soph. 1.*  
iudex. In tempore illo (ait per Prophetā)  
scrutabor Hierusalem in lucernis. quoniā  
nec erit vlla cogitatio vana, aut verbū  
otiosum, aut minimum tempus male  
impensum, quod non in libra illius se-  
ueri iudicij expendetur, cum Dominus  
per Prophetā dixerit. *Vae qui cogitatis Mich. 6.*  
*inutile & ipse alibi dixit. Dico autem vobis Matt. 12.*  
*bis, quoniam omne verbum otiosum, quod*  
*locuti fuerint homines reddent rationem de*  
*eo in die iudicij.* Imò de ipsis bonis ope-  
ribus exigetur à te ratio, qua intentio-  
ne ea feceris, & in summa, de omni vi-  
ta tuae momento, quomodo illud im-  
penderis, secundum illa verba Iob, *Tu Iob. 14.*  
*quidem gressus meos dinumerasti.* Deinde  
in hac causa non deerunt nec accusa-  
tores nec testes; nam vt dicit Sanctus  
IOB. *Reuelabunt celi iniquitatem eius, Iob. 20.*  
*& terra confarget aduersus eum.* Et pri-  
mus ipse C H R I S T V S quem  
offendisti, dabit testimonium contra  
te, vt dixit per quendam Prophetam,  
*Ego sum iudex & testis.* Secundo accusa *Hier. 29.*

Ee 2 bunt

662 MEDITAT. DE VITA

bunt te angeli, & sigillatim tuus custos,  
quoniam non recepisti, sed repudiasti  
salutaria eius consilia. Tertio dämo-  
nes, qui iam te tentant, & inuitant ad  
peccandum, erunt terribiles tui accusa-  
tores, exprobrabuntq; professionem à  
te in baptismo factam, qua promisisti  
te renunciare dämoni, & omnibus eas  
pompis; ac etiam omnia peccata tua, si-  
mulque locum & tempus, enumera-  
bunt. Quarto propria conscientia plus  
omnibus alijs te accusabit, obijciet  
oculis omnia tua peccata, speciaminde  
la, quæ in confessione aperire noluntur  
vel de quibus pœnitentiam non egili-  
quæ omnia magna voce contritate illi-  
mabunt. Tu illa fecisti, nos tua opera  
sumus, non te deseremus, sed semper  
tecum remanebimus. Atque hic est li-  
ber, de quo scriptum est in Apocaly-  
si, mortuos iudicando secundum ei-  
quæ conscripta sunt in libris. Quia  
accusaberis ab omnibus creaturis, qui  
bus abusus fueris, hoc est, non ad eum  
finem, ad quem DEVS eas condiderat.  
Denique te accusabunt omnes illi, qui  
bus tuo prauo exemplo vel conflu-  
occasione peccandi dederis, vel tra-  
sam aliquam dederis ut damnarentur.  
**O quot peccata occulta,** de quib; cui

qui largè eras conscientiæ, nunquā cogitaras, ne suspicionem habueras, illo puncto in apertum erumpent & cōtra te insurgent: Beati, qui illo die deprehendent se laudabiliter vitæ suæ tempus cōsumpsisse in diuino seruitio; aut si peccatores aliquando fuerint, solliciti fuerunt ut in gratiam redirent cum aduersario, accusando seipso, pœnitentiæque & caritatis operibus debi- *Matt. 5.*

tum omne quod apud Deum contra-  
ixerant, exsoluendo: à talibus enim tunc alia ratio non exigetur; nec accu-  
satoribus eorum locus dabitur, quia in solidum Deo fecerunt satis, eiusque gratiae sunt restituti. Vnde si Deus fue-  
rit pro illis, quis contra illos? nec ergo aliud supererit, quam ut ab ipso Iu-  
dice tanquam servi boni, & dispensa-  
tores fideles, laudentur & remuneren-  
tur. *Rom. 8.*

7. C O N S I D E R A, quomodo perspecta & examinata causa, cum aliud non restaret, quam ferri senten-  
tiam, Rex cœli, & iudex æternus, vti ad misericordiam magis proclivis est quā ad iustitiam, plus ad remunerandum, quā ad puniendum, ad dextrum latus versus electos conuersus, vultu pror-  
sus amabili & sereno, voceque dul-

E e 3 cissi-

cissima illos vocabit, dicens: *venite ad  
me dicili: in quem, non videntes, credidi-  
stis, quem tanta pietate quiescistis, in  
quem semper sperastis, quem toto cor-  
de amatis. Vos, qui pro fide mea, cuique  
& acerba tolerastis. Vos qui socij mei  
in temptationibus & tribulationibus li-  
stis, venite nunc à labore ad requiem,  
ab ignominia ad gloriam, à morte ad  
vitam.* Venite benedicti Patris mei  
quo præuenti benedictionibus dulci-  
dinis ab æterno fuistis prædestinati &  
sux gratiæ participes facti, possidere  
regnum ab initio mundi vobis par-  
tum. O vox immensæ lætitiae, & inim-  
ditatis æternæ, non dicit, accipit, sed,  
**posidete regnum,** velut illud, quod mo-  
ne hæreditatis filijs debetur. Nec dicit  
quod modo vobis est præparatum, sed  
quod ab origine mundi. O adminis-  
tra liberalitas & bonitas Domini no-  
strí erga suos electos: nam, ut Apo-  
stolus dicit, *Elegit nos in ipso ante con-  
stitutionem,* atque huc usque par-  
tum habet præmium, ad quod nosti-  
legit & prædestinavit. Deinde ab-  
iunxit Dominus opera ob qua reu-  
neratus est suos electos, dicens: *en-  
trimi, & dediſtis mihi manducare & at-  
ibi*

*Eph. 2.*

E VITA  
ns: venite be-  
entes, credidi-  
quæsiuissis, in  
uem toto co-  
de mea, cuius-  
ado tam dura-  
s qui socij mei  
tationibus fa-  
e ad requie-  
, à morte al-  
i Patis me-  
onibus dol-  
x destinati &  
ti, posside-  
i vobis para-  
tia, & iun-  
accipite, sed  
l, quod mu-  
ur. Nec de-  
paratum sed  
O admittit  
Domini de-  
am, vt Apo-  
ipso ante manu-  
usque puni-  
quod non te  
Deinde libe-  
o qua reu-  
dicens, Eu-  
lucare & ca-  
vi

CHRISTI. PARS II. 665

Vbi considera, quām benignus sit  
Dominus & quam paucis sit conten-  
tus: Nam vt opera minima propter se  
facta, vt visitare infirmos, & incarce-  
ratos, adnumerat alijs, velut tanto p̄-  
mio dignis, nempe regno cælorum.  
Nam non dicit. Ego fui infirmus, &  
curasti me sanari, & incarceratum li-  
berari: sed tantum dicit, visitasti me; ve-  
nisti ad me. Ex alia parte iusti admiran-  
tes tantam remunerationem & libera-  
litatem Domini, ei respondebunt;  
*Domine quando te vidimus esurientem,* &  
cæt. O sanctorum humilitas, quæ ne  
post mortem quidem potes deficere.  
Vide quomodo electi reputantes se  
tanta laude indignos, quodammodo  
eam repellunt, atque si tantum hono-  
rem non promeruerint. Verūm re-  
spondebitur eis. *Amen dico vobis, quod u-  
ni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti.* O  
felicia & illustria caritatis opera, qui-  
bus tam grande & copiosum præmi-  
um præparatum est. Quis ergo non  
sudeat aut desideret omnibus viri-  
bus benefacere fratribus CHRISTI?  
Heu cur ergo in hoc mundo refugi-  
mus pauperes? imò cur non potius o-  
mni solitudine eos quærimus, si tan-  
torum bonorum, nobis sunt auctores?

Ec 4 Iam

## 666 MEDITAT. DE VITA

Iam quanto gaudio & lætitia gesuerit, quando in omnium angelorum præsencia Dominus fatebitur se in sua persona accepisse, qui quid eius amore hominibus fecerint? Et vide mille bonitatem huius Domini, quod qui inter homines sunt minimi, agnetur vocare fratres suos. O dulcissime IESV, dum adhuc versare in terra humilis & contemptus, mirum non erat homines à te vocari fratres, quia similiter cum illis eras passibilis & mortalis: sed mirum est, te cum tanta Maiestate & potestate venientem, adhuc appellare fratres, qui loca magni honoris ducerent si vel scirent appellarentur. Heu inter hominem erit, quando quis ex humili & vili conditione forte ad aliquem dignitatem gradum prouehitur, ut eum pudes in opere parentum, nec velit eorum filius nominari; at tu Deus noster, in maiestate ipsa sedens, gloriaris etiam eos, qui inter homines infimi sunt, appellare fratres tuos. Verum o bone Domine, si hi sunt fratres tui, cur sunt omnimi, cur humiles, pauperes, & abieciuntur tibi illi imprimis placent, cur pro fratribus feligis eos, qui mundo non sunt cogniti? Tales erant tui Apos-

VITA

stoli, ad quos extendens manus dixisti.  
Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cæ- Mat. 13.  
lis est, ille meus frater, & soror, & mater  
est. Et tales sunt, quotquot mundo  
conculcato, amore tuum, & diuino-  
rum præceptorum tuorum obedientia  
omnibus alijs rebus præferunt. Quis  
ergo erit, qui illo tempore non millies  
benedicat illas lacrymas, illas afflictio-  
nes, omnesque labores quos in hac vi-  
ta sustinuit propter CHRISTVM? quia  
videbit se beneficio illorum ad tan-  
tam fœlicitatem peruenisse? O quo-  
modo electi, vti fas est credere, viden-  
tes se ad tantam gloriam cuectos, ob-  
stupescant, & dicent. Vnde nobis tan-  
tum bonum? non eramus digni, vt es-  
semus serui, & ecce sumus facti filij  
Dei hæredes & cohæredes filij eius v-  
nigeniti. O Deus meus, Hic vre, hic seca,  
vi in eternum parcas. Veniant in me flâ-  
mæ, gladij, paupertas, infirmitas, con-  
tumeliae & omnes huins mundi ad-  
uersitates: modo ego in illo die me- August.  
rear obtinere veniam, & tam fœlici ce-  
tui annumerari.

8. POST hæc conuerte oculos mē-  
tis tuæ ad obscuram & infelicem tur-  
bam reproborum, & cogita quo ani-  
mæ tuæ, quanto dolore & cruciatu in-

Ee s tue

## 668 MEDITAT. DEVITA

tuebuntur illum iustorum chorū  
Deo tantoperē honoratum & exalta-  
tum intrare in domum Domini sū.  
Legimus de Esau, qui gulæ explenda  
vitio iacturam fecit primogenitū,  
vendens eam pro vilissimi legumis  
edulio, cūm videret postea fratrem  
nōrem Iacob iure primogenitura  
paternæ benedictionis factum heredem  
intelligeretq; nullam sibi esse reliquā  
fero errore cognito, cum magno cla-  
more & ciulatu suam sortem deplorā-  
sc. Non secus reprobi, simularque ab  
uerterint iustos cælestium benedictio-  
num à Deo consortes factos, que illis  
quoq; contingere poterant, simulque  
meminerint sc̄e pro rebus tā vilibus in  
hoc mundo amatis tanta excidisse se-  
licitate & gloria, incipient ipsi quoq;  
quandoquidē nullus amplius locū  
pœnitentię, dolere & plangere, plenip  
iñuidia, ex subita mutatione attonia  
lachrymabiles illas voces Sapientia e-  
dere; His sunt quos habuimus aliquando  
derisum, & in similitudinem improperti. Nō  
insensati vitam illorum estimabamus infāti,  
& siāem illorum sine honore; ecce quoniam  
computati sunt inter filios Dei, & inter ser-  
uos fors illorum est. Ergo errauimus à u-  
eritatis, & iñstite lumen non lucit nō  
& sol intelligentia non est ortus nobis. V.

*Gen.35.*

*Heb.12.*

*Gen.27.*

*Sap. 5.*

sati sumus in via iniustitiae & perditionis,  
& ambulamus vias difficiles, viam autem  
Domini ignoramus. Quid nobis profuit su-  
perbia, aut dinitiarum iactitia quid pro-  
fuit nobis? Transferunt omnia illa tanquam  
umbra, & tanquam nuntius precurvans, &  
tanquam avis quae transvolat in aere, cuius  
nullum inuenitur argumentum itineris il-  
lius; sic & nos nati continuo destuiimus esse,  
& virtutis quidem nullum signum valui-  
mus ostendere, in malignitate autem nostra  
consumpti sumus. Deinde caelestis ille rex  
& supremus Iudex, post electos suos  
tam copiosa mercede remuneratos, ac  
si amplius factorem peccatorum susti-  
nere non posset, truculento vultu in  
sinistrum latus conuerso terribilem  
illam fulminabit sententiam. Discedite  
a me maledicti in ignem eternum, qui para-  
tus est diabolo & angelis eius. O dura dis-  
cessio, o maledictio expauescenda, o æ-  
ternitas tremenda. Non dubium, quin  
vox illa Discedite a me, plus exusta &  
excruciatura sit damnatos, quā ipse in-  
fernī ignis, quia acerbior, & crudelior  
est, quā emitti posset in ullā creaturam.  
Hoc enim discessu & separatione signi-  
ficatur sempiterna summi boni priua-  
tio, in quo cœu in fonte omnia bona  
continentur. Discedite maledicti, quia dñ  
rogarem vos, ut recipieritis mēa bene-

670 MEDITAT. DE VITA

ditionem, illam repudias. Habet ergo loco illius, sed culpa vestra, etiam maledictionem. O sententia amara, & lacrymarum fonte plangenda.

*Tim. 6.*

*Apo. 17.*

*Matt. 24.*

*Sap. 1.*

*Esa. 33.*

qua nemo poterit appellare: nam ipse est Rex regum, & Dominus dominorum qui nec precibus, nec alia re vlla adduci poterit, ut latam reuocet sententia ipse enim CHRISTVS dixit. Col

lum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Vbi considera, eum non dicere reprobis. Discedite maledicti a patre meo, sicut dixit electis, Venite benedicti Patris mei. Deus enim autor est filius benedictionis; maledictionem autem ipsi homines suis operibus habent adf. scunt: de Deo si quidem scriptum

est, quod mortem non fecit, nec letatutu perditione viuorum: impij vero manus & verbis illam accersierunt. VERVM quo Domine hos miseris & infortunatis abiecies & amandabis? In ignem eternum. O supplicium horribile, o crucifixus inexplicabilis: quod enim refrigrium, quam spem vñquam poterunt habere qui viuis sempiterni ignis flaminis continenter exuruntur & affantur? Quis poterit, inquit Propheta, habitare de vobis cum igne deuorante, quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?

Habett  
stra, et  
entia ama  
angenda.  
nam ipse  
minaciam  
illa addi  
sententia  
dixit. Co  
autem mea  
eum non  
didi à Pa  
site benefi  
or est so  
ict onem  
ribus fili  
scriptum  
leratur  
aribus &  
VM quo  
rtunatos  
nem etat  
o crucia  
refrig  
otetunt  
i ignis  
ar & al  
opheta,  
nte, quin  
semper  
nid

nis? Subiungit deinde Dominus. *Qui pa  
ratus est diabolo & angelis eius.* Primo di  
xit CHRISTVS regnum fuisse prepa  
ratum electis ab origine mundi: ignem  
vero non dicit præparatum homini  
bus, sed dæmoni, ac si diceret. Ego præ  
paraui pro vobis regnum, sed non ignem. hunc autem paraui diabolo tan  
tum, eiusque sequacibus angelis malis,  
in quem vos ipsos, inita peruersis ope  
ribus cum diabolo societate, præcipi  
tafis. O extimescenda & formidabilis  
sententia: quid enim infelicius exco  
gitari potest, quam diuelli & depelli à  
CHRISTO nōstro bono? quæ  
res calamitosior & intolerabilior, quā  
semper ardere & torqueri in tartareis  
flammis? Quid vero horribilius, quā  
perpetuum habere socium & tortorem  
ipsum Satanam capitalissimum nostru  
hostem? Hic cogita, quomodo mox  
post pronunciatam finalē sententiam,  
terra immenso biatu patefacta, infer  
nus dilatandos os suum uno momento  
omnes illos miseros & infaustos pec  
catores sit absorpturus. O sors infortu  
nata, o stulti filij hominum, qui pro  
breui & vili voluptatula, tam diuturna  
& acerba paratis vobis tormenta. O quā  
amarus illa hora vobis videbitur om

E c 7 nium

672 MEDITAT. DE VITA

nium illecebrarum mundanarum fru-  
etus, qui nunc videtur suavis, quā van-  
erunt omnia huius vitæ gaudia, quā  
nunc perpetuum adserēt luctum & ca-  
ciatum.

*C O L L O Q V I U M .*  
*Psal. 142.* **O** Dulcissime & clementissime De-

*Psal. 129.* mine, ne intres, quæso in iudicio  
cum seruo tuo, qui a non iustificabatur  
in conspectu tuo omnis homo. si enim  
iniquitates nostras obseruaueris De-  
mine, quis sustinebit? Quare precessu  
mihi ut gratiam largiri velis, quodam  
cum tanta potestate & maiestate me-  
dum es iudicaturus, ut semper in col-  
dis mei auribus terribilis illa tuba so-  
net, atq; etiam horrifica illa vox. *Iungit*  
*mortui,* & venite ad iudicium; ut sanc-  
tore tuo tactus, breui hoc vita mea  
tempore, ita instituam vitam meam  
exercēdis bonis operibus maxime in-  
sericordiæ tam spiritualis quam corpo-  
ralis in proximos, ut securus appare  
possim coram tuo tribunali: meique  
aduersarij, nihil illo die habeat, in quo  
me accusare possint. Adhaec dignus  
rogo, animam meam consignare ob-  
ractere tuæ sanctæ crucis, quo figure  
soles tuos electos. ut quando velut p-  
stor bonus separationē illâ extremum

*Quem*

VITA  
anarum fin-  
uis, quā vana  
gaudia, qz  
actum & cur-

CHRISTI. PARS II. 673

ouium ab hædis facies, me in numero  
tuarum ouium ad dextram collocanda  
rum habeas, vt cum alijs particeps fiam  
tuæ benedictionis.

DOCUMENTA.

1. Si consideremus, quam arctam & accura-  
tam vitæ nostræ rationem reddituri si-  
mus in tremendo illo iudico, magnam trepidâ-  
di causam habemus, & nos ipsos colligendi:  
nam quantumcunq; iusti videamur, tamen iu-  
stissimo iudici non deerit quod iudicet & re-  
prehendat in nobis; cuius oculi, vt dicebat ille  
8. Iob, non sunt carnei, vt videat tantum, quæ Iob 10.  
homines vident, sed intuitu suo penetrat etiam  
intima humanorum cordium. Certè si Sanctis-  
simus Apostolus, qui raptus fuit in tertium cæ-  
lum, scriptis, licet nullius sibi conscius esset, in  
hoc tamen non sibi videri iustificatum & se-  
curum, eo quod à Domino iudicandus esset;  
qua ratione poterimus securi esse nos, qui su-  
mus pleni peccatis?

2. C H R I S T V S in iudicio tantum facit  
mentionē operū misericordie, non quod iusti  
alijs operibus pijs vitæ eternæ meritorij non  
vacassent; sed quia Deo hæc virtus tam grata  
est, vt voluerit eam hoc modo honorare, ac si  
pro illa sola præmium vitæ eternæ daretur.  
Quanquam rarum est, hominem aliquem ve-  
re esse misericordem, & non esse alijs quoque  
vir-

2. Cor. 12.  
1. Cor. 4.

M.  
ntissime De-  
so in iudici  
iustificabim  
omo. si en  
ruaueris De  
are precor  
lis, quoniam  
aiesstate mo  
temper in co  
illa tuba no  
la vox. Suge  
vt sancti  
oc vita mea  
itatem mea  
maxime ne  
quām copi  
rus apparet  
ali: magis  
abeat, in quo  
hæc digna  
signatur  
quo sign  
ado velut  
ā extremit  
Quan-

*virtutibus præditum; verò peccatoris, non  
patietur cum Deus diu in peccatorum sorbit  
berere, sed gratiam suam illi dabit, ut defensio  
peccatis salutem tandem consequatur, secun  
dum illud C H R I S T I. Beati misericor  
des, quoniam ipsi misericordiam con  
sequentur.*

3. C H R I S T V S sub operibus misericor  
die corporalibus, pro quibus remuneratio  
bonos, voluit quoque comprehendere spiritu  
lia, ut quibus copia non est faciendi ele  
synam corporalem faciant saltem spiritualem,  
ut eodem præmio potiatur. Is autem spiri  
tueretur præbet cibum & potum C H R I S T O  
esurienti & sitienti, qui sua doctrina, pug  
nitione erudit rudes & ignorantem  
que viam veritatis & iustitiae ostendit. Seco  
dò, is vestit & cooperit nudum C H R I S  
T V M, qui sua exhortatione peccatorem  
uina gratia nudatum conuertit, & iuvat  
virtutibus Christianis induatur, de quibus  
postolus, Induite vos, inquit, sicut electi  
Dei viscera misericordiae, benignita  
tem, humilitatem, mansuetudinem  
&c. Tertiò, ille colligit, & hospitio exigit  
peregrinum C H R I S T V M, qui per pa  
tentiam, ceterasq; virtutes parat animam suam  
ad recipiendum in ea C H R I S T V M,  
ante per peccatum aliquod ab ea abduc  
tum. Ille denique visitat Dominum infirmum

Matth. 5.

Col. 3.

vel incarceratum, qui suis commotionibus,  
vel reprehensionibus conatur consolari, vel  
adiuuare eos, qui ob tribulationem vel tenta-  
tionem aliquam sunt infirmi spiritu, aut pro-  
pter peccatum adhuc sunt in dæmonis serui-  
tute. Quæ opera spiritualia caritatis hoc sunt  
perfectiora, & maiori præmio apud Domi-  
num digniora, quanto anima est præstantior  
corpo.

4. CHRISTVS extremo illo die in fe-  
renda sententia nullam rationem habebit, aut  
nobilitatis generis, aut dignitatis personæ, aut  
diuitiarum, aut alicuius alterius rei huius  
mundi, sed tantum virtuti & sanctitati præ-  
mium attribuet. Vnde discimus, nullum illo  
die præsidium fore, aut in dignitate status, aut  
fauore & benevolentia Principum virorum,  
ne quis ad ista respiciat, sed tantum in pietatis  
cultu & bonorum operum exercitatione: hæc  
enim sola & fauorem apud DEVM conciliat,  
& mercedem promerentur. Similiter qui hoc  
in mundo contempnuntur & affiguntur ab  
impijs, magnam habent causam exultandi,  
quia si patienter tolerarint contumelias & lu-  
dibria, cæteris omnibus in illo die anteponen-  
tur.

5. CHRISTVS cùm reprobos vocasset  
maledictos, rationem subiecit. Esuriui enim,  
& non dedisti mihi manducare. Vnde intel-  
ligi-

## 676 MEDITAT. DE VITA

ligimus, in extremo iudicio homines non solum  
condemnandos ob parata mala opera, sed et  
o' prætermissa bona, que poterant & debet  
facere, secundum illud dictum ipsius CHRI-  
STI, Omnis arbor quæ non facit fructum  
bonum excidetur, & in ignem met-  
etur. Quare nemo si i imponat, nec solu-  
mine Christiani se securum existimet, vel si  
tis esse arbitretur, non furari, non occidi-  
minem, vel alia peccata omittore: sed  
non vacauerit quoque bonis operibus, ne  
imprimis caritatis in proximum, eande-  
tentiam habet expectare cum illis, quibus  
estum est, Esuriui, & non dedilsum  
manducare.

6. Ex alia parte ex terribili pena, quod  
stis animaduertit in reprobos, quod bona op-  
era non fecerit, colligimus, quam graue-  
stigandi sint, qui non solum bona opera pauci-  
misfruunt sed multa quoque mala perpetrant:  
si enim detrudendus in ignem est, qui deinceps  
suo nihil communicavit pauperibus, quid sit  
illi, qui fastidit alienum? Et si tant'e penitus  
est, qui nudum non vestitur, quam miserabile  
qui alios spoliavit? Rursus, si demonum similitate  
dignus est, qui hospitem in domum suam  
non exceptit, quid illo futurum est, qui eodem  
domo sua expellit? denique si carcere in qua  
addicetur, qui non visitat in carcere ovi-  
firmos, quo loco dignus erit qui leniescit?

Matt. 3.

VITA

ines nō solum  
opera, sed et  
nō debet

sus CHRI-

n facit

n ignem

, nec solu-

met, vello-

n occiden-

ere: si em-

ribus, atq;

, eandem

s, quibus

diffisi mihi

na, qualit-

od bouq;

grauitate

esperia pati-

perpetua;

qui deinceps

us, quibus

le penitus

o mercenarii,

ionum scis-

omnum fiam

qui euodem

cerinifera

varos v-

enies cala-

gas

CHRISTI. PARS II. 677  
alios in vincula compegerit, crudelisq; & in-  
humanus in proximum fuerit.

## DE POENIS DAMNATO- RVM.

### MEDITATIO XXIV.

#### EVANGELIVM.

I BVNT hi in supplicium æter- Matt. 25.  
num.

#### PROPHETIAE.

QVIS nouit potestatem iræ tue, & præti- Psal. 89.  
more tuo iram tuam dinumerare?

Tu Deus deduces eos in puteum interitus. Psal. 54.  
Sicut oves in inferno positi sunt, mors depa- Psal. 48.  
scet eos.

Pluet super peccatores laqueos : Ignis & Psal. 10.  
Sulphur, & Spiritus procellarum pars calicis  
eorum.

Et reddet illis iniuriam ipsorum, in ma- Psal. 5.  
litia eorum differdet eos.

2. Con-